www.e-rara.ch

# La guida de' forestieri

**Sarnelli, Pompeo**

**In Napoli, MDCCLXXXIV [1784]**

**ETH-Bibliothek Zürich**

Shelf Mark: Rar 6019

Persistent Link: https://doi.org/10.3931/e-rara-23389

Colla descrizione elegiaca de' bagni di Pozzuoli. Cap. XXVII.

**www.e-rara.ch**
Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

che quel, che viene rappreſentato dalla figura quì giunta. Ed in queſto luogo deliziofiſſimo, dopo aver fatta la Guida a' curioſi Foreſtieri, fermando i miei paſſi, laſciando loro l' occaſione di vedere in ritornando a Napoli il cotanto celebrato Poſilipo, mi convien dir finalmente

*Claudite jam pueri rivos, ſat prata biberunt.*

---

REGOLE

Utiliſſime e neceſſarie per quei, che prendono i bagni in Pozzuoli o altrove.

*Colla deſcrizione Elegiaca de' Bagni di Pozzuoli.*

CAP. XXVII.

NOn venite mai al Bagno, ſe non ſiete purgati, perchè i Bagni acuiſcono, e muovono gli umori.

2 Come venite al Bagno, laſciate tutte le turbazioni e penſieri dell' animo, perchè così opera il bagno la ſua virtù per l' allegrezza, come il Maeſtro fa il ſuo lavoro con gl' iſtrumenti ſuoi.

3 Non entrate in bagno, ſe non avete perfettamente digerito.

4 Non mangiate, nè bevete nell' acqua, nè fuori di eſſa, ſe non ſarete prima raffreddati, acciocchè quello, che non è digerito, non ſia tirato dalla natura, e ne provenga l' oppilazione.

5 Guardatevi dal freddo, e dal vento, finchè vi bagnate.

6 Uſate il vino bene adacquato per diſcacciar la ſete.

7 Bagnatevi ſolamente una volta il dì, acciocchè la troppa evacuazione non v'indeboliſca.

8 Entrate tanto nell' acqua, che ſian coperte le ſpalle, poſto che non abbiate qualche ferita, la quale non dovete bagnare per modo alcuno nell'acqua di Cantarello, dell Sole, e della Luna.

9 State tanto nell'acqua, finchè vi ſudi la teſta, overo finchè troppo non vi angoſcia.

10 Uſciti dall' acqua, ſubito mettetevi attorno un lenzuolo, e come avete ſudato alquanto, levatevi il lenzuolo, ed aſciugato il ſudore, ſtate un poco, e dapoi tornate a caſa ben veſtito, ripoſatevi alquanto, ma non ſudate più.

11 Non vi dilettate di mutar bagno, eleggetene uno de' molti, e quello uſate.

12 Fate che l'acqua del voſtro bagno vada al mare continuamente, altrimente l'averete fredda.

13 Quando vi volete bagnare, ſe vi è lecito, gettate fuora tutta l'acqua, acciocchè l'abbiate freſca.

14 I bagni, come gli altri rimedj, operano col tempo; e però ſe non guarite così toſto, non ve ne prendiate noja.

AL-

# ALCADINI
## DE BALNEIS PUTEOLORUM, EORUMQUE VIRTUTIBUS

*Elegiæ*

### Proemium.

*INter opes operum Deus eſt laudandus in illis,*
*In quibus humanæ deficit artis opus.*
*Res ſatis eſt dictu mirabilis, horrida viſu,*
*A Phlegethonteo provenit amne ſalus.*
*Nam quæ defunctos aqua fervens urit in imis,*
*Hæc eadem nobis miſſa miniſtrat opem.*
*Cætera com fictis curentur regna Syrupis,*
*Balnea, quæ curant, Terra laboris habet.*
*Vos igitur, quibus eſt nullius gutta metalli,*
*Quærite, quæ gratis auxilientur, aquas.*
*Quarum virtutes, & nomina, maxime Cæſar,*
*Præſens pro mira laude Libellus habet.*

### De Sudatorio Aniano, Balneo ſicco.

*ABſque liquore domus bene Sudatoria dicta eſt,*
*Nam ſolo patiens aere ſudat humo.*
*Ante domum lacus eſt ranis, plenuſque ſolubris,*

Nec

Nec fera, nec piſcis inveniuntur ibi.
Ingreditur ſi quis parvæ teſtudinis umbram,
More nivis tactæ corpora Sole madent.
Evacuat chymos, leve corpus reddit, in ipſo
Quovis appoſita eſt vaſe, tepeſcit aqua.
Hæc aqua languentes reſtaurat, & illa ſanat,
Ulcera deſiccat ſub cute, ſi qua latent.
Hac re Germanus Capuæ caput, æde repertum:
Ad ſacra Paſcaſi paſcua te retulit.

## De Aqua Bullæ.

EST aqua, quæ bullit, quæ ex hoc bene Bulla vocatur,
Humani quantum Bulla timoris habet.
Ut rogus inſpirat ſaxis crepitantibus instus,
Sic locus ignito corda fragore movet.
Quam metuenda magis, tanto magis utilis ægris.
Si ſtudeant in ea ſæpe lavare caput.
Et ſi forte carent, quo poſſint membra lavari,
Alterius curent ſumere fontis aquam.
Hæc virtute loci præſtat calefacta ſalutem,
Luminis antidotum, ſeu medicina potens.
Hæc caput emendat, matricem purgat, & inguem

*Liberat, & ſplenem purgat, & ipſa jecur.*

## De Balneo a Strunis.

*DEntibus a Strunis prodeſt, quos rheuma relaxat,*
*Faucibus ad ſolitum, ſi cadat uva locum.*
*Faucibus apta ſatis, branchos ex rheumate paſſis.*
*Et læſis oculis hæc aqua præſtat opem.*
*Pulmonem recreat, quem tuſſis cauſa fatigat;*
*Inflammat corpus, cui dominatur aqua,*
*Incitat os dapibus, ſtomachi faſtidia tollit.*
*In multis aufert rheumatis omne malum.*
*Pigritiam tollit membrorum pectora lenit,*
*Vocis ad obſequium pectoris aptat iter.*
*Sæpius unde ſolet morbis occaſio naſci,*
*Ne fluat a ſummo vertice, phlegma vetat.*

## De Balneo Foris Cryptæ.

*LYmpha Foris Cryptæ juxta maris edita littus,*
*A ſtomacho pellit debilitatis onus.*
*Sed nocet hydropicis, cum ſit dulciſſima potu,*
*Vim conſumendi non habet, inde nocet.*
*Leniter ignitos aſſumpta refrigerat artus,*
*Pulmonem læſum ſanat, & inde jecur.*

Pe-

*Pectoris antidotum, tuſſi medicamen amicum,*
*Deſiccata febris caumate membra rigat.*
*Ipſa per occultos telluris ducta meatus*
*Subvenit ægrotis, eſt quibus ægra cutis.*
*Ut dicunt veteres, (ſatis eſt mirabile dictu,)*
*Ipſa foris Chryptæ Bulla miniſtrat aquam.*

## De Balneo Juncaræ.

*BAlnea Juncaræ, quæ ſunt in littore Ponti,*
*Proſunt conſumptis, ni ſit aduſta cutis.*
*Pectoris ammiſſas reparant in corpore vires,*
*Lætificant animos, gaudia ſumpta fovent.*
*Quæ veniunt per ſe, mentis ſuſpiria tollunt,*
*Et faciunt alacres in muliere viros.*
*Efficiunt Veneris renes ad prælia fortes,*
*Confortant ſtomachum, lumina læſa juvant.*
*Quas hominum cœtus febres interpolat uſus*
*Annihilant, necnon triſte medentur hepar.*
*Talibus uſus aquis diſcrimina nulla timebit,*
*Quæ quandoque ſolent extenuare cutim.*

## De Balneolo, ſive Plagæ Balneo.

INter aquas pelagi prope littus ſub pede rupis,
Magnus in effectu fons breve nomen habet.
Balneolum dictum, tantæ virtutis amicum,
Ut patiens illic ſentiat eſſe Deum.
Nam morbo quocumque dolet, ſeu rheumate quovis.
Lotus aqua tali tempore liber abit.
Et caput, & ſtomachum, renes, & cætera membra
Confortat, tepidam ſi renovabis aquam.
Hæc prodeſt oculis, oculorum nube fugata,
Conſumptos reficit, quos tenet ægra fames.
Materiamque rudem conſumit, & amphimerinen,
Hoc gens plus aliis Parthenopenſis amat.

## De Balneo Petræ.

CUi petra dat nomen mirum reor eſſe lavacrum,
Quod lapidem poſſit frangere, nomen habet.
Et caput a multis facit abſentire querelis
Auribus auditum præſtat, & addit opem.

Lu-

*Lumina detergit tunicis maculoſa piatis.*
*Pectoris, & cordis eſſe medela poteſt.*
*Veſicas aperit, de renibus urget arenam;*
*Interiora lavat potus & hujus aquæ.*
*Quamplures vidi calidam potare petroſos,*
*Queis urina poſt lapidoſa fatis.*
*Vos igitur, quibus eſt durus cum pondere venter,*
*Liberat aſſidue potio talis aquæ.*

## De Calatura.

*PUlmoni ſolidam dat Calatura quietem,*
*Inde fugat tuſſim, quam grave rheuma parit.*
*Hæc ſtomacho vires reparat, vim præbet edendi.*
*Sæpius aſſumptas decoquit illa dapes.*
*Detergit faciem, mentem corroborat, & cor.*
*Lætificat, turpes radit ab ore notas.*
*Formidat quicunque phthiſim cum tuſſe paratam.*
*Ut timor abſcedat, ſæpius intret aquam.*
*Inveterata ſuis, ſicut radicibus arbor,*
*Nequaquam poterit abſque labore capi.*
*Non aliter veteris ſerpentia ſemina morbi*
*Poſſunt evelli qualibet arte ſimul.*

## De Balneo Subvenihomini.

EX re nomen habet lavacrum, quod venit ægris,
Nominis effectum gaudet habere ſui.
Purgat pulmonem, deponit pondera ſplenis,
Depurat tumidum certa medela jecur.
Triſtitiæ cauſam gelido de pectore tollit,
Humores ventris leniter unda levat.
Defectum ſtomachi tollit, confortat, & ipſum,
Ut ſolito ſolitas appetat ore dapes.
Vocem clarificat, genus omne doloris & aufert.
Talis amatores convocat unda ſuos.
Hic etiam deponit onus longæva podagra,
Hic datur articulis induciata quies.

## De Balneo S. Anaſtaſiæ.

BAlnea præterea, ſeu Naſtaſia lavacrum,
Uſibus humanis commoda multa facit.
Corporis igniti recreat os, efficit artus,
Virtutes etiam corporis unda novat.
Res miranda quidem, qaicunque cavabit arenam,
In medio foſſæ fervida manat aqua.
Illa recens in fonte ſuo ſyntomata tollit,
Languidus ardorem, ſi patiatur aquæ.
Qui petit ergo ſuo bene de languore levari,
Sentiet auxilium, ſi renovabit aquam.

De

## De Balneo Ortodomnico.

*HÆc manet abſconſo telluris lympha meatu:*
*Hanc via ſub terris plena timoris habet.*
*Tu cave, ne ſubeas thermas ſpirantibus auſtris:*
*Ne calor incluſus ſit tibi cauſa necis.*
*Hæc aqua mira nimis conſumptis eſt bona valde,*
*Reſtaurat corpus nobilis uſus aquæ.*
*Infirmos ſicubi febris tenuaverit artus,*
*Et putat extremam triſtis adeſſe diem.*
*Has fidens intrabit aquas, & ſæpe frequentans,*
*Sentiet in robur ſe rediiſſe vetus.*
*Phthiſis, ephemerinæ febres, & nauſea turpis,*
*Pellitur his thermis, hectica victa fugit.*

## De aqua Sulphatariæ.

*SUlphureos fumos mittentia Balnea nervos*
*Mollificant, ſcabiem, membraque ſcabra novant.*
*Hæc aqua fœcundat ſteriles, ſtomachique dolorem*
*Deſtruit, ac capitis, ſtringit aqua ex oculis.*

*Et vomitum cogens , oculos bene reddit acutos,*
*Pituitam ſolvit, frigora febre fugat.*
*Præſertim ſi præveniat purgatio trina,*
*Secure intrabis, corpora dura etenim,*
*Quam ſemel accipiunt , ſervant ſine labe ſalutem.*
*Balnea ne culpes , quove modo hæc oleant.*
*Effectum virtutis ama , nareſque medela*
*Quam fugiunt , morbos corpore ſæpe fugat.*

## De Balneo Cantarello.

*INter aquas pelagi ſervens aqua manat & ipſa*
*Ne fluat in pontum ſectile claudat opus.*
*Cum mare ferveſcit , locus oppugnatur ab undis,*
*Vix aliquis poterit æger adire totum.*
*Cantarus humana fruitur virtute medendi,*
*Nam plagas veteres , conſolidatque novas.*
*Ulcera qui patitur cutis ex humoribus extra,*
*Cantarus abſtergit , lumina clara facit.*
*Sanguinis obturat venam quocumque fluentem,*
*Subvenit articulis , fit medicina pedum.*
*Utilis ad febres , & frigora , Sed tamen hujus.*

Uſus

*Uſus aquæ lateri continuatus obeſt.*

## De Balneo Fontanæ.

*Fert ſomnum, ventrem reddit fluxumque, ſoporem*
*Conciliat pueris, lac cito multiplicat.*
*Saxea mollificat, renes expurgat arena,*
*Cuncta lavacra ſuper, nauſea fit procul hinc.*
*Veſicam reſerat, lapidem frangitque potenter,*
*Affectis podagra, vulneribuſque nocet.*

## De Balneo Prati.

*Eſt lavacrum a vulgo Prati cognomine dictum,*
*Creditur a multis hoc Ciceronis opus.*
*Eſt via difficilis, quæ ducit ad inferiora,*
*In quibus inveniet, quam petit æger, aquam.*
*Hac bene viſceribus fertur conferre moleſtis,*
*Allevat hæc corpus, quod gravat humor iners.*
*Dicunt, & duros mire mollire lacertos,*
*Et caput, & ſpatulas ad ſua jura trahit.*
*Detergit lippos oculos, ac ulcera, magnam*

*In toto pariter corpore præſtat opem ;*
*In ſudore madens fugiat pro tempore frigus ,*
*Nec potum ſumat , dum ſua membra calent .*

## De Balneo Arcus .

DUlce ſatis lavacrum, quod nomen ſumit ab Arcu ,
*Virtutem magnæ commoditatis habet .*
*Hæc aqua conſumptos reſtaurat corporis artus :*
*Corpus fortificans, arida membra rigat .*
*Si quis in extremis patitur , feſtinet ad undam :*
*Omnia , ne dubites , interiora juvat .*
*Non tam hic prodeſt , tumidi quos ſarcina ventris*
*Aggravat , atque dolet ſplene tumente jecur .*
*Rem liquet expertam , proprio quam lumine vidi ,*
*Teſte mihi populo , quæ ſcio verba loquor .*
*Vidi conſumpto tantum cum pelle relicto ,*
*Tempore non longo reſtituiſſe cutim .*

## De Balneo Raynerii .

BAlnea Ranerii , quæ corpora putrida vadunt ,
*Et quorum ſalſi phlegmatos hoſtis aqua eſt .*

Si

*Si ſanie, aut ſcabie preſſus, celer illa ſubintret,*
*A ſcabie quavis exteriora lavant:*
*Infectam mundare cutim quicunque laboras,*
*Utere Ranerio, nam cito ſanus eris:*
*Non tamen incurras iterum diſcrimina morbi,*
*Terribiles Trituli ſanus adibis aquas.*
*Vidi quamplures hoc faſtidire lavacrum,*
*Fecerat hoc hominum pingue putredo putens.*
*Raneri ſervivit aquis, aqua turgida ſtagnis,*
*Felix, qui pingues evacuabit aquas.*

## De Balneo Tripergolæ.

*HÆc domus eſt triplex, hinc inde Tripergula dicta,*
*Una capit veſtes, altera ſervat aquam.*
*Tertia languentes late excipit, atque lavacrum*
*Suggerit, & medicam fida miniſtrat opem.*
*Utilis unda ſatis multum ſudantibus aufert*
*Defectum mentis, tum gravitate pedum.*
*Hæc ſtomachi varias facit abſentare querelas,*
*Flebile de toto corpore tollit onus.*
*Hujus amator aquæ ſymptomata nulla timebit,*

*Incolumi ſemper corpore lætus erit.*

## De Balneo S. Nicolai.

*INfirmos refovet, conſumptis præſtat opemque,*
*Confirmat ſtomachum, robur aqua hæc reparat.*

## De Balneo Scrophæ.

*HAs dictas ajunt Scrophæ de nomine thermas,*
*Schrophula quod fætens tollitur hic ſubito.*
*Vel quia tum primum vis eſt deprenſa lavacri,*
*Cum Scropha his ſe ſe languida lavit aquis.*
*Pellitur, & morbus, qui ſumpſit ab impete nomen,*
*Si fuit a falſo phlegmate cauſa mali.*
*Hæ thermæ ſcabiem infeſtam, lepramque fugabunt,*
*Proſunt articulis, proficiunt podagræ.*
*Ventribus & proſunt plenis intercute lympha,*
*Cum tumet Aſcites, & grave ſentit onus.*
*Harum ope qui ſanus fuerit, cavet omne legumen,*
*Providus hic idem ſalgama cuncta fugit.*

De

## De Balneo S. Luciæ.

*HAc lympha veniente replentur balnea ſemper,*
*Semper & illimi limpida fonte nitent.*
*Parthenope tamen his raro utitur, hæc quia triſtis;*
*Advena languentum turba replere ſolet.*
*Hæc juncturarum pellit, capitiſque dolores,*
*Hæc etiam præſens eſt medicina oculis.*
*Seu cataracta nocens, modo non vetus occulit illos,*
*Seu nebula exſurgens lumina fœda premit.*
*Vidi, & ego majora fide, qui venerat orbus,*
*Diſcuſſis tenebris rettulit inde pedem.*
*Tinnibant aures, remeavit ſanus utraque,*
*Cæpit & auditum, qui modo ſurdus erat.*

## De Balneo S. Mariæ, Arculo nuncupato.

*QUi breve nomen habet, magnæ virtutis habetur*
*Arculus, a flammis, quod calet, arcet hepar.*
*Rheumatis, & ſtomachi vitium de corpore tollit,*

Liberat a multa frigiditate caput.
Hic ægris oculis medicamina fida miniſtrat,
Arculeæ cedit triſte papaver aquæ.
Et ſi ſorte fugit vigilantia lumina ſomnus,
Arculus advecto membra ſopore fovet.
Balnea quod Trituli, quod Culmæ lympha miniſtrat,
Arculus in multis hoc operatur idem.
Quamvis inter aquas Trituli ſit gratior unda,
Conſulo, ne dubites, hoc breviore frui.

## De Balneo Crucis.

NUnc Crucis eſt multis laudabilis unda lavacrum,
Quos ſemper querulos lenta podagra domat.
Confortat nervos, flatus expellit ab ipſis
Ilibus, hæc ſanat fida medela latus.
Prodeſt hydropiſi, qui fit ex plegmate craſſo,
Conſumitque cavum, ſplene tumente, jecur.
Proficit & ventri, ſi quando hypochondria laſſant,
Inſita, ſeu nervis frigida gutta nocet.
Vidi ego cui fuerat quondam manus arida dextra,
Nec poterat poſitos tollere ad ora cibos:
Viribus hujus aquæ parvo poſt tempore ſanam

*Hue illum lætum vertere ſæpe manum.*

## De Balneo Succellario.

*EſSt Subcellarium lavacrum, quod con-*
*venit ægris*
*Lucida quo multum, dulcis, & unda*
*fluit.*
*Pondus, & ardorem veſicæ tollit ab ægris,*
*Dentes, gingivas mundificatque cito.*
*Provocat urinam, quoque labra dolentia*
*ſanat,*
*Pellitur hac unda triſtis arena ſtatim.*
*Paſſus in æſtate quartanam, aut quotidia-*
*nam,*
*Aut typicas ſebres, ſentiet ejus opem.*
*Pulmonis, jecoris vitio, ſpleniſque mede-*
*tur,*
*Tuſſis ob hoc lavacrum pectore pulſa fu-*
*git.*
*Appetit & ſtomachus iſta perlotus in un-*
*da,*
*Non bene concoctus redditur inde cibus.*

## De Balneo Ferri.

*ANte domum Vatis locus eſt prope lit-*
*tus Averni,*
*Grande ruinoſum præminet artis opus.*
*Hoc lavacrum ſpumam mittit ferruginis in-*
*ſtar,*
*Dicitur umbroſa (ſed procul umbra) do-*
*mus.*

*Si quis hemicraneum patitur, quandoque dolorem,*
*Sive ſupercilii, hanc ſæpius intret aquam.*
*Cum vitio capitis nubem caliginis aufert,*
*Tollitur ex oculis ſanguis, ab ore ſonus.*
*Si quis aquæ talis vires cognoſceret æger,*
*Collyrio numquam læſus haberet opus.*
*Pannoſos oculos ſyncerat, & effetat aures,*
*Congaudet capiti cellula trina ſuo.*

## De Balneo Palumbario.

*CRypta Palumbaris fertur, quia grata palumbis,*
*Vel quoniam lumbis fertur obeſſe parum.*
*Unde Palumbaris læſos cum vertice renes*
*Sanat, & urinæ ſumpta recludit iter.*
*Ex oculis nebulas, & ab auribus excutit euros,*
*Tollit cardiacen, arthriticoſque fugat.*
*Et majora facit, ſi ſcis ſervare diætam,*
*A ſalſis caveas frigida quæque fuge.*
*Algentis vitabis aquæ, tu ſumere potum,*
*Utere lymphato, quod parit uva, mero.*
*Crede mihi, quod aqua hæc faciet quodcumque ſyrupus*
*( Si bene ſervetur ſola diæta ) facit.*

## De Balneo Salviana.

*SAlviæ diva parens invenit forte lava-*
*crum,*
*De proprio nomen nomine credo tra-*
*hens.*
*Hæc aqua matrices quovis humore grava-*
*tas.*
*Purgat, & has ſteriles fructificare facit.*
*Menſtrua ſi forſan fugiant, invita redi-*
*bunt,*
*Et facit lavacrum ne ſine lege fluant.*
*Quos patitur matrix caſus, hæc temperat*
*ægra.*
*Unde quæri poſſet fæmina cauſa perit.*
*Vos igitur ſteriles, moveat ſi gratia prolis,*
*Ni vetet annoſi temporis ægra quies:*
*Tam vir, quam mulier te Salvia grata*
*frequentent,*
*Officio exibit aptus uterque ſuo.*

## De Balneo Trituli.

*ESt locus antiquæ teſtudine ductus in*
*altum,*
*Rupe ſub ingenti celſa cavata domus.*
*Quæ plena eſt hominum formis ex arte pa-*
*ratis.*
*Ad quid aquæ valeant, quæque figura*
*notat.*
*Res miranda ſatis, ſatis eſt horrendaque*
*dictu,*

*Huc veniente die mittitur unda ſemel.*
*Hæc eadem partim primum petit æquora, partim*
*Extenuata fluens refluit unde venit.*
*Si quis hæc quam olim Bethſaida venerat anno.*
*Qæ ſemel infirmis mota ferebat opem:*
*Hæc nam quotidie multis aqua ſubvenit ægris.*
*Rheuma fugat; ſtomachum roborat, atque caput.*
*Liberat hydropicos, his omnis gutta fugatur,*
*Phlegmaticis prodeſt, febricitare vetat.*

De Sudatorio Trituli.

*EVacuat ſuccos, ſtomacho, confertque cerebro,*
*Rheuma gravans abigit, phlegma pigrumque liquat.*
*Alleviat corpus leni ſudore ſalutis*
*Hydropiæ, ac podagræ porrigit uſque manus.*

De Balneo S. Georgii.

*ESt aqua, quæ poterit, niſi flaminis indice haberi.*
*Nam via ſub terris plena timore latet.*
*Quantum mens dubia hos timet ingrediendo lavacrum,*

Mi-

*Mirifice tantum læta requirit aquam.*
*Hæc frangit lapidem, ac urinam ſolvit ad uſum,*
*Arcet & in multis articulare malum.*
*Sciſſaque ſi crura, aut ſi pes, ſi brachia, ſi frons*
*Ægrotant, ſanctis his relevantur aquis.*
*Hoc bene conteſtor, cum quidam mingere vellet,*
*Evomuit lapides virga coacta duos.*

## De Balneo Pugilli.

*CUm maris unda tumet tantum vacat unda Pugilli.*
*Pro ſtatione loci tum breve nomen habet.*
*Eſt iter obliquum, parvam quod ducit ad undam,*
*Vix hominum ſeptem creditur eſſe capax.*
*Ani tollit onus, ventrem ceſſare ſolutum*
*Cogit, & hydropicos attenuare poteſt:*
*Si patitur cum ſplene caput, ſi frigore corpus*
*Februerit, certam ſentiet æger opem.*
*Quid de te referam nimis admirande Pugille?*
*Quod proprio vidi lumine, teſtor ego.*
*Aridus uſus aqua hac, gerulis adductus amicis,*
*Diſceſſit ſanus, non ope vectis egens.*

## De Balneo Olei Petrolii.

CUlina procul haud locus eſt, qui ſundit olivum,
Hoc lavacrum multum commoditatis habet.
Hoc vitium lepræ, genus hoc ſerpiginis omne
Tollit, & a ſtomacho phlegmata ſalſa fugat.
Extinguit bilim, groſſos ſubtiliat artus,
Exhilarat triſteis, cor bene reddit ovans.
Noxia de gelidis depellit frigora membris,
Omnia lætantur membra vigore ſuo:
Cujuſcumque genas nigra ſi Morphæa notabit,
Hæc aqua rugoſas delet ab ore notas.
Virtutem lavacri demonſtrat nomen olivi,
Hoc oleum præſtat, quod petra ſudat aquis.

## De Balneo Culmæ.

INter aquas alias mirabile Culmæ lavacrum,
Cujus ad acceſſum non via recta patet.
Immo per obliquum montis accedis ad undas,
Monſtrat iter dubium prævia flamma tibi.

Un-

*Unda latens intus, ſudorem provocat intus,*
*Et facit ad nervos, quos grave rheuma gravat:*
*Luminibus lumen reddit, veſtigia claudis,*
*Paſſio ſi fuerit inveterata diu.*
*Rem loquimur certam, non eſt incognita multis,*
*Calma nocet ſanis, morbida membra juvat.*
*Hanc igitur caveat, qui non eget arte medendi,*
*Quam qui forte petit, vitet in amne moram.*

## De Aqua Solis, & Lunæ.

*UT Sol illuſtrat radiis fulgentibus orbem,*
*Et vegetat ſplendens numine cuncta ſuo.*
*Utque inter ſtellas reſplendet ſola minores,*
*Et tenebras noctis candida Luna fugat:*
*Balnea ſic Lunæ, & Solis diſcrimina morbi*
*Tollunt, & vitæ lumina reſtituunt.*
*Vincere quam ſolers neſcit medicina podagram,*

*Hanc*

*Hanc calidæ norunt vincere Solis aquæ.*
*Norunt occultum membris educere ferrum,*
*Menſtruaque, & venas ſiſtere primæ queant.*
*Vulnera conſolidant, hic turpis fiſtula cedit,*
*Quam vix ulla artis vincere cura poteſt.*

## De Balneo Gimboroſi.

EST *aqua miranda nimium nova dictæ lavacri,*
*Gimbroſum proprio nomine, nomen habet.*
*Pene per octo gradus patiens deſcendit ad undam,*
*Circuit inter aquas per latus omne gradus.*
*Ilia componit, prohibetque dolore matricem,*
*Sanguineos fluxus in muliere vetat.*
*A ſuperis exire cruor prohibetur, & idem*
*Ne fluat in ſolitis inferiora fugat.*
*Veſicam curat quoties urina negatur,*
*Nulla patet melior renibus eſſe ſalus.*
*Si lapides, qui ſive pilos patiantur, arenam.*
*Quolibet a morbo membra gravata juvat.*

## De Balneo Epiſcopi.

*NOmine fons tali fruitur, quod compe-*
*tat ægris,*
*Vel quia Prælatus tale reſecit opus.*
*Arthriticis prodeſt, tollit genus omne po-*
*dagræ,*
*Hoc habet expertum Pontificale decus:*
*Et quia Prælatis requies nocet, atque pa-*
*ratus.*
*Torquentur magno ſæpe dolore pedum.*
*Cum conſtipatus cibus intercluditur intus,*
*Inde dolent ventres, ilia tenſa crepant.*
*Si tales ergo tibi vis lenire dolores,*
*Pontificis fontem vade, require celer.*

## De Balneo Fatarum.

*COnfortat ſtomachum, vivacem reddit*
ὀρίξιν,
*Dat podagræ auxilium, nauſea fit pro-*
*cul hinc.*
*Extrahit abſconſum, atque latens in corpo-*
*re ferrum,*
*Exhilarat nimis hic omnia membra la-*
*tex.*

## De Balneo Braculæ.

*FAucibus antidotum bene confert Bracu-*
*la claſſis,*
*Et vox, ſi fuerit rauca, fit apta ſono.*
*Si*

Si patitur capitis puppis, vel prora dolorem,
Si dolet oppreſſum ſplene tumente jecur,
Sique caligo diem noctis germana minorat,
Omnibus his vitiis Bracula præſtat opem,
Quartanam perimit, necnon necat amphimerinam,
Hic intermiſſæ febris origo perit.
Vos igitur, quibus eſt odioſa planetica febris,
Hujus, ſi ſapitis, quærite fontis aquam.
Non opus intrare ſemel, nam Balneæ quanto
Quis magis ingreditur, tum magis ipſa juvant.

## De Balneo Speluncæ.

ULtima thermarum laudes Speluncæ meretur,
Cujus aqua poterit ſimplice nemo frui.
Ingenio faciente modum capit unda calorem,
Sic intrabit aquas ingenioſus homo.
Cujuſcumque velis perimit ſymptomata guttæ,
Hic fugit hydropiſis, tuſſis iniqua perit.
Ut Galenus ait, drachmas ſi quinque calentis
Quiſquam quotidie ſumere curet aquæ.
Et ſuper, & ſubtus, quæ ſunt diaphragma medetur,

Rheu-

*Rheumatos excludit, quod nocet omne genus,*
*Non domus horroris, non eſt ſpelunca latronum,*
*Crypta ſalutarem continet intus aquam.*

## De Aqua Fæniculi.

*ABſtergit lippos, deſiccat & ulcera eorum,*
*Detergit matulam, & lumina clara facit.*

## Ad Henricum Cæſarem.

*SUſcipe Sol Mundi tibi, quem tranſmitto libellum,*
*De tribus ad Dominum tertius iſte venit.*
*Primus habet patrios ſublimi Marte triumphos,*
*Mira Friderici geſta ſecundus habet.*
*Tam loca, quam vires, quam nomina pene ſepulta,*
*Tertius Euboicas iſte reformat aquas.*
*Cæſaris ad laudem tres ſcripſimus ecce libellos,*
*Firmius eſt verbum, quod ſtat in ore trium.*
*Si vacat, annales veterum lege Cæſar Avorum,*
*Pauper in Auguſto nemo Poeta fuit.*
*Euboici vatis Cæſar reminiſcere veſtri,*
*Ut poſſit Nati ſcribere facta tui.*

PRI-